

Q. N.
435,
17.

X 1880983

12
II m
777

Q. D. B. V.

DISPUTATIO POLITICA

DE

NUMMUS,

IN GENERE,

Quam

Incluta Facultate Philosophica

benevole concedente

SUB PRAESIDIO

Excellentissimi Clarissimiq; VIRI

DN. M. VALENTINI ALBERTI,

Dialect. & Metaph. Prof. P. Philosoph. Facultatis Assessoris,

B. Virg. Collegiati longè meritissimi, & h.t. Academiae

RECTORIS Magnifici.

Patroni atq; Praeceptoris sui reverenter colendi

publicae Eruditorum censurae

submittet

A. & R.

GEORGIUS HALLMANN,

Goldbergensis Silesius.

XXIII. Mart. A. M DC LXVII.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

L I P S I Æ

Literis JOHANNIS GEORGII.



No. 35. — 12 —



Serenissimi & Celsissimi PRINCIPIS &
DOMINI
DN. CHRISTIANI,

Ducis Silesiæ, Lignic. Breg. atq; Wolav. &c.

Principis & Domini mei Clementissimi
PRO-PRINCIPI EMINENTISSIMO

Nec non

Ejusdem Serenissimi & Celsissimi PRINCIPIS
CONSILIARIO SPLENDIDISSIMO

Ducatum item Svidnic. & Javor. SENIORI & Dicasterii
superioris ADSESSORI Primario

VIRIS

Perquam Generosis, Magnificis & Maximè Strenuis

DOMINO DAVIDI à Schweinitz/

Hereditario in Sorge/Seiffers & Petersdorff/&c. &c.

Et

DOMINO CASPARO de Hohberg/

Hereditario in Praußnitz/Ischnig/Roschka/&c. &c.

Patriæ Patribus, Musarum Atlantibus, Mecœnatibus suis
Optimis Maximis

Hoc Exercitium Academicum devota subjectione
offert

Cliens & Servus

submississimus

GEORGIUS HALLMANN. G.S.

A. & R.



C. B. D.

P R O O E M I U M.

Jure Naturæ omnia communia *a)* fuisse apud humaniores quoque *a) l. 5. ff. d.*
Scriptores est vulgatissimum. Sic enim sentiunt Virgil. Ovid. *f. & f.*
JHorat. Seneca, Cicero, Justinus & Macrobius apud Nobiliss. *b) in Dissert.*
JStrauch. *b)* Quam sententiam è recentioribus secutus etiam est *d. Imper.*
Hugo Grotius *c)* tantâ quidem confidentiâ, ut hunc statum non po- *mar. c. 1. §. 1.*
tuisse non durare putârit, si aut in magna simplicitate perstitissent *c) l. 2. d. f. B.*
homines, aut vixissent inter se in mutua quadam eximia charitate, *& P. c. 2. §. 2.*
Quasi verò charitas non luculentiùs se prodidisset in communicati-
one Eorum, quæ propria fuissent, quàm citra proprietatem; aut,
quasi à simplicitate tantùm eximiâq; charitate Protoplasti levi quo-
dam errore defecissent. Hujus autem communionis, commu- *d) Comment.*
nisq; circa Eam Erroris fundamenta præter Dn. Strauch. d. 1. so- *in Grot. p. 37.*
lidè evertit commentator & Emendator Grotii accuratissimus *seqq.*
Bœclerus. *d)* cui jungi merentur B. Danhauerus, *e)* & Dn. Zieg- *e) Diss. De-*
lerus. *f)* quos sis vide. Primùm igitur Proprietas hujus universi *calog. 16. §. 2*
à creatore donata Adamo fuit, quæ ab illo ad Liberos, Posteriosq; *f) in not. ad*
divisim donatione, assignatione, aut quacunq; cessione transiit, do- *Grot. p. 217.*
nec res magis magisq; distinctæ sint etiam inter Gentes & singulos *seqq.*
de Gente dictamen illud rationis commune sequentes. *g)* Deindè *g) v. l. 1. ff. d.*
cùm non contèti homines vesci spontè natis, antra habitare, corpore *acquir. rer.*
aut nudo agere, aut corticibus arborum ferarumq; pellibus vestito, *Dn. D. Struv*
vitæ genus exquisitius de legissent, industria opus fuit, quàm singuli *Syntag. feud*
singulis rebus adhiberent. *h)* Post Artem ergo naturalem rei quæ- *c. 1. apb. 1.*
rendæ etiam artificialem invenerunt. *i)* Et post varios contractus *h) Grot. d. f.*
etiam ad permutationem fuere progressi. Cum enim non omne *B. & P. l. 2.*
solum sit *αὐτάρκεια*; sed requirat Indigentia mutuas & reciprocas re- *c. 2.*
rum traditiones, v. g. frumenti cum Vino, Vini cum frumento. Quæ *i) v. Artis l. 1.*



ratio permutandi, ideò potissimum naturalis erat, quia antiquissi-
 ma, *k)* quia Barbaris, qui Majorum mores pertinacissime tueri so-
 lent, usitatissima olim, v. d. Mauris Salustius. *l)* De antiquis Græ-
 cis Homerus. *m)* de Scythis Strabo *n)* de Germanis Tacitus. Idem
 hodie adhuc obtinere in Senega, Æthiopia meridionali, Bothemia,
 & quibusdam regionibus, testantur pluribus Historici. *o)* Et hæc
 permutatio vel maximè ob id naturalis est, quia nihil lucri quærit;
 sed solum id, quod satis sit ad vivendum. Ex hoc primo permuta-
 tionis genere natum deinde est alterum secundum rationem, seu ex
 consilio. Nam cum ex priore permutationis genere commercia
 maximè visa necessaria, etiam crebriora essent, res verò commodè
 circumferri utrinq; nequirent, electa est materia, cujus publica ac
 perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate pretii
 subveniret. *p)* Nummus itaq; tanquam humanæ indigentia reme-
 dium inventus est. Huic deinde subsequenti temporum tractu cir-
 ca modum & formam ad summum & absolutum, Salutis publicæ,
 firmandæq; Reipubl. finem pro rei necessitate diem & sagacitatem
 plurimum adjecisse extra omnem dubitationis aleam positum est.
 Hujus ergo utilitatem & dignitatem non egere suspensa hedera me-
 ritò statuimus. Verè enim de hæc dici potest. *q)* quod se ipsam
 ostendat. Cum itaq; Sol facibus illustrari non debeat. Omissò
 prolixiore encomio rem ipsam, cum DEO, sumus aggressuri,

SECTIO I.

Ὀνοματωδὴς sive Nominalis.

§. I.

Pecunia signata ex consuetudine privata in usum venit, inquit Sal-
 masius. *s)* νόμισμα quippe non est Lex; sed Consuetudo, vel
 mos & Lex non scripta. Inde nomen hoc hæsit Nummo, quia ex
 Privatorum consensu & more Institutus sit. Quibus verbis Vir sum-
 mus adeò benignus in nos est, ut Originem tum rei, tum vocis simul
 ostendat. Videmus quoq; hanc sententiam ipsi dignam fuisse vi-
 sam, quam aliquoties in hoc libro exprimeret. *t)* & alibi. *u)* Ut
 ad Aristotelem, inquit, redeamus, quem meliorem porro ejus in-
 terpretem invenire possemus, quam ipsum? Atqui is in Nicom. *x)*
 aperte docet, non ab ulla Lege Originem habere Nummum; sed à
 consensu

k) l. i. ff. con-
tra emt.

l) in Jugurt.

m) Odyss. O.

o) l. 7. Iliad.

n) l. 7.

o) Columbus

Pet. Martyr,

Alogiscus Ve-

netus, Fr. Al-

varesius, &

Olaus M.

p) l. i. d. contr

emt.

q) l. i. ff. d. in

integ. restit.

s) d. l. d. modo

Usur. c. 3. p.

131.

t) p. 95. 132.

u) Lib. d. Usur

& iterum l.

d. modo Usur.

c. 3. p. 96.

x) V. Nic. 8.

consensu & compacto Eorum, qui illo utuntur. Εὐὸ; ἀπὸ τῆς
 νόμῳ habere nomen, i. e. à consuetudine & more. Etsi Vossio *y)* *y)* *Etymol. p.*
 Nummus vox pura puta Græcorum est. Nam, inquit, ut Julius *347.*
 Pollux *z)* scribit, Romani hanc vocem habent à Dorienfibus, Sici- *z)* *Lib. 9.*
 liæ & magnæ Græciæ incolis, quos Aristoteles *aa)* autor est habu- *aa)* *In Lib. d.*
 iffe *νῦμμον*, in quo Tarentis Neptuni Filii imago impressa erat, Eqvo *Tarentinorū*
 infidentis. Sed nec hoc ignotum erat Salmasio. Nummum enim, *Republ.*
 inquit *bb)*, absolute Latini cum vocant, non de Denario, nec de *bb)* *L. d. mod.*
 Quinario intelligunt; sed de Nummo Sestertio, quem etiam Siculi *Usur. c. 6. p.*
νῦμμον, simpliciter ac propriè nominabant, quique idem omninò pon- *249.*
 dus ac pretium cum Romano Nummo, ut & nomen habuit. Magis
 igitur ad *νόμισμα* quàm Nummum, ratione propinqvioris gram-
 maticæ Originis respicere voluit. Clariùs ipse *cc)*. Indè *νόμισμα*, *cc)* *d. l. p. 96.*
 inquit, Ei nomen, quod morem & Institutum, consuetudinemque *dd)* *Salmas. d.*
 potius designat, quàm legem. Sic Duumviri essent conciliati, uti *l. p. 66 & 248*
 & aliàs in scriptione conveniunt, uterq; Nummum pro Numo, locu- *Gronov. d.*
 pletiore scilicet inter scribendum eligentes. *Sestert. p. 233*

§. 2. Origo hæc fuit tum *Vocis*, tum *Rei*, generalis. Gene- *e)* *733.*
 ralis etiam nobis significatio hoc loco placebit, in qua pro Nummo *ee)* *Isidor. l.*
 cujuscunq; Generis & pretii Nummus hodiè communiter accipitur: *15. c. 17.*
 Immo & olim quod adeo ~~notum~~ esse credit Eruditus Gronov. (*l. 4. ff)* *Idem d. l.*
c. 11. p. 933.) ut contra Rualdum pro Scaligero exclamet: Quid? *gg)* *Cassiod.*
 tam ineptum putavit Scaligerum ut nesciret laxè vocabulum num- *l. 6. c. 7.*
 mus dici de quavis pecunia ex ære, auro, argento ferro, corio. Spe- *hh)* *l. 1. d.*
 cialius pro Sestertio, Latinis absolute, apud Plaut. pro Didrachmo, *Divin.*
 ut & alios temporis illius Comicos usurpatur. *dd)* *ii)* *Pompon.*

§. 3. Dicitur aliàs Moneta à monendo *ee)* ut vel commo- *l. 2. d. Orig.*
 neat non esse fraudem in metallo & pondere *ff)* vel de Valore pu- *Juris.*
 blico *gg)* quo aliàs nomine etiam Junonem esse insignitam testa- *kk)* *Cic. ad*
 tur Cicero. *hh)* Monetales inde etiam Triumviri dicti *ii)* æris, ar- *Attic. l. 10.*
 genti atq; auri flatores. *kk)* Alio etiam nomine appellatur pecu- *ll)* *l. 33. c. 3. &*
 nia, quod Plinius desumptum esse putat à notâ Pecudis illi impres- *l. 18. c. 3. N. H.*
 sâ. *ll)* Rectiùs, quia apud Antiquos omnis Pecuniæ fundamentum *mm)* *Varro &*
 fuit Pecus. *mm)* Unde & peculium, quod veterum bona in pecudi- *Colum. l. 6. in*
 bus consistere- *Præf. Alciat.*
ad l. 5. ff. J.

SECTIO II.

πραγματώδης s. Realis.

Definitio. Nummus est Communis Rerum Utilium
mensura.

Specialis Expositio singularum Partium.

SUBSECT. I.

Continens Nummi Constitutionem & Constitutum Nummum.

CAP. I.

§. I.

Existencia Nummi hodie est certissima. Olim quando cæperit non æq; constat. Ex monumentis Historiæ antiqva informamur æs olim rude fuisse quod in permutationibus sæpè venerit vel aurum argentumq; infectum. Post æs rude progressus est Usus ad certam æris quantitatem, quæ pondus sua notâ ferebat. Sic ad Nummum tandem fuit perventum. Cui vero Soli lucem suam debeat adhuc sub Judice lis est. Malunt alii Theseum apud Græcos percussisse Nummum bove inciso *nn)* vel Marathonium taurum, vel ob Minois Ducem, vel quod Agriculturam Cives provocare vellet. Sed si Theseus Inventor Nummi extitisset, idq; Athenis ubi regnavit, Trojano utiq; bello, quod multo post secutum est, Nummi usus quoq; fuisset cognitus. *oo)* Græci id adscribunt Phidoni. *pp)* Herodotus & Xenophanes Lydis, Aglaosthenes Naxiis. Quidam Atheniensibus Erichthonio Auctore. Alii Cumæam quandam Cumæis primos Nummos tradidisse. *qq)* Sufficit nobis non solum ex Mose nosse Abrahami temporibus adeoq; mille & ducentis circiter annis ante urbem Romam Conditam Signatæ Pecuniæ usum viguisse. Et cum in re tam antiqva nihil certi possit definiri incunabula Ejus à Jure Gentium petenda esse meritò statuimus. Apparet illud ex multis & evidentissimis argumentis, quod quamprimum Gentes præcipuæ & Cultiores mutuis commerciis uti cœperunt, ipsa ratione naturali dictitante, & humanis necessitatibus exigentibus Nummus sensim & successivè ex communi publicoq; consensu tali ratione invecus atq; receptus fuerit. Nec nobis contrariatur Philosophus *rr)* cum dicit; Nummum ex Institutione Hominum esse factum, nec Natura constare; sed homi-

nn) Budæus
ad l. 1. ff. d.
contrahent.

oo) uti ver-
ba se habent

Salmuth in
Panceroll. l.
2. t. 10. p.
220.

pp) Strab. l. 9

qq) Pollux
l. 9.

rr) V. Eth. 8.

hominum opinione ut in nobis situm sit Eum mutare, & inutilem facere. Nam non loquitur de Instituto & opinione unius Reipublicæ aut Gentis; sed de opinione omnium Hominum, vel saltem maximæ Hominum partis.

§. 2. Essentia Politice magis quam Physicè in definitione expressa est. Imò Physicè in generali quidem definitione vix potuit commodè efferri propter materiæ varietatem, de qua Infra. Taceo formam ubiq; materiâ potiore. *ss)* esse, & in definitionibus magis attendi debere, quam sane Nummus, prout Politicè consideratur, tantùm ostendit, materiâ suâ Physico in doctrina de metallis, alibiq; relicta. Præterea Grotii *tt)* non nostra verba sunt, quibus definitionem conficere voluimus. Imò Philosophi hæc esse dicere possumus. *uu)* Nummus enim, inquit, posteaquam veluti mensura, res apta quadam compositione & convenientia concordet inter se & consentientes reddidit, eas exæquat. Et paulo infra. Hic res inter se dispare apta quadam compositione & convenientiâ concordet efficit. Nihil est enim, quod non metiatur Nummus. Nec obstat huic officio Nummi variatio, qua hoc loco liberare Ipsum non ausus est Philosophus. Est enim illa respectivè fermè nulla, si scilicet conferatur Nummus cum aliis rebus mutationi magis obnoxiiis. Non semper, inquit Philosophus, æqualem vim habet. Veruntamen immutabilior ac stabilior solet permanere. Cujus loci hic est sensus, ut cum Grotio *xx)* iterum loquamur: Quicquid adhibetur in hoc ut mensura sit rerum aliarum, debet esse tale, ut per se minimè flectatur; talia autem sunt in genere æstimabilia, aurum, argentum, æs. Per se enim fermè tantùm idem ubiq; & semper valent: sed prout res aliæ, quibus indigent Homines, copiosæ sunt aut raræ, ita eadem pecunia ex eadem facta materia, eodem pondere, nunc plus nunc minus valet.

CAP. II.

De Materia & Forma.

§. I.

Duplicem esse monetarum *Bonitatem*, alteram *intrinsecam*, alteram *extrinsecam*, tanquam notissimum præsupponimus. Illa consistit in justa metalli puritate, *In Gestalt und Gewicht* alii *Ligam* vocant

*ss) l. 9. §. 3.
in f. ff. ad
exhib.*

*tt) l. 2. d. 7.
B. & P. c. 17.
§. 22.*

uu) V. Nic. 8.

*xx) l. 2. d. 7.
B. & P. c. 12.
§. 17.*

yy) v. Dn. cant Schrot und Korn. Hæc in valore impositio, æstimatione seu Knichen d. cursu monetæ, im Verdieren oder im Gang und Gebe/quem alii val-Saxon. non vationem indicaturam appellant. yy) Etiam si ubi extrinseca æstipro v. Jur. V. matio proportionabiliter respondet intrinsecæ Bonitati, una ab Ducum c. 5. altera non differat, & sic una ferè sit bonitas ut non improbabiliter n. 358. Corb. contendit Anton. Fab. 22) vel si duplex sit æstimatio ad intrinse-vol. 1. resp. cam potius bonitatem referendus sit valor, quod multis contendit 36. p. 14. & Molyn. a)

seqq. §. 2. Ut de materia prius agamus, illa olim fuit varia. Sicut 22) de var. enim non ab eadem Origine, ita nec ab eodem ordine apud Homi-debit. num. nes, progressa est Nummi Inventio & perfectio. Quinimò uno salu. c. 1. n. 49 eodemque tempore Gentes diversæ hoc vel illo genere usæ sunt. a) tr. d. Usur. Athenienses quidem argenteo, Carthaginenses Coriaceo, Byzantii q. v. est. 92. n. ferreo, Lacedæmonii mera ferri massa, aliæ luto cocto & signato, 696. & an- Aethiopes lapillis quibusdam inculptis pro Nummis usi. In Pro-te eum illi, vinciâ Carajama, quæ magno Regi Tartariæ subest, auris & Albis q. vos refert Lapillis utuntur. In provincia Caniclu, quæ sub Eodem Rege, Cyn. in l. cum minor moneta ex sale formata in exiguis massis. In alia Coral-q. vid. d. reb. lium vicem Nummi præstat. Ipsius magni Chamii moneta ex cor-credit. n. 9. tice mori interiore in particulas varias scisso, invicem compacto, & in l. mi- & regali Sigillo signato. Apud Tartaros Cathæinos Nummus ex-norè 3. C. in Papyro fit in formam quadratam sectus, cui regale signum impres-q. vibus caus. sum. b) Sunt & qui linteorum orbiculis, aut quadris publica aut in Integ. re- regia forma percussis similiter hodièq; utantur. De quibus vide-stit. necessa- pluribus rerum antiquarum scriptores. c)

ria n. 15. §. 3. Edocti sumus ex his varii generis metalla fuisse adhi-b) Haitonus bita. Qualis vero hodie materia debeat adhiberi magna inter Eru-in Hist. Ori- ditos est Controversia. Rejiciunt benè multi omnem faciliorem ent. c. 2. & promptiorem metallorum speciem. Requiritur metalla ut per c) v. etiam se rarissima, ita bonitate & excellentiâ sui omnia alia longè exupe-Senec. 5. de rantia, Aurum & Argentum. Sed quæ illa Excellentia? An ex ra-benef. 14. co- ritate? & sic defectus Nobilitatem complectetur. Sequeretur enim riacea mo- exinde Tagum & Pactolum, & reliqua Aurum vehentia flumina neta sub Fri- ignobi-derico II. in usu fuit. Pandulphus Collenucius, Anton. Florentinus. Chron. A. 1240. Addit. ad Chron. Abbat. Ursperg. Naucleus. gen. 42. Ex panno & lino etiam fit apud Ranos, Helmoldus c. 395. Chron. v. Hotom. 15. Illustr.

ignobilissimum in se continere metallum. An operationes nobiliores? Has Physicis & Medicis eruendas relinquimus. In hoc enim negotio parum hæ dotes faciunt. Cur enim gemmas & margaritas ac alia efficaciora materiam nummorum non facimus, si præcisè ad operationes respicitur? Ex communi igitur consensu evenit, naturâ tamen per splendorem & puritatem horum metallorum hominum judiciis abblandiente, ut omnes homines saltem humaniores aurum & argentum ament, idq; instrumentum emtionis & venditionis &c. sit factum. Neq; solliciti sumus de proportione aurum inter & argentum. Quicquid enim hic quæri potest id historicæ magis quàm Politicæ quæstionis est. Recte enim Granov. L. 208. p. 235. Non agitur id, inquit, an detur aliqua proportio natura, neq; quisquam negavit eam variari ex varietate temporum & locorum. Hoc quæritur an aliqua & quænam proportio inter aurum argentumq; , sive usu, sive Lege introducta fuerit apud Græcos & Romanos melioribus illorum temporibus; quæ diversis seculis potuit esse varia certis tamen temporum velut articulis per exorientes causas statam & unam reddunt consensus hominum & mutua commercia.

§. 4. Nos in genere, cum Philosopho *d)* requirimus ut *materia sit ex rerum Utilium numero.* Nec videndum hic quid possit, sed quid debeat fieri. Poterit quidem quæcumq; materiam Nummo Princeps destinare. *e)* Si scil. Ejus subditi nulla habeant commercia cum exteris nisi fortè merces pro mercibus dando, ut quidem in Tartaria fieri solet. *f)* Licet utiq; illi genti ex Papyro Nummos cudere; sed istis tamen Nummis nihil ab Exteris e-
ment. Sufficit tamen ideò Tartaris iste Nummus, quia tam latè patent Eorum Terræ, & tam vastum unius Reipublicæ Imperium est, ut, quæ ad vitæ sustentationem barbaris his requiruntur, abundè omnia suppetant, nec ipsi nisi pauca forsan ab aliis Gentibus, ea-
que nuda permutatione accipiant. Quod tamen in aliis provinciis, quæ nec tam amplæ sunt ut ipsæ sibi sufficere possint, nec uni Domino parent, fieri nullo modo potest, nisi commercia omnia penitus tollere velis. Nummi illi, qui in obsidionibus urgente necessitate nonnunquam cusi, non tam veri Nummi sunt, quam verorum succedanei. Nam post obsidionem veris mutantur Nummis,

d) 1. Polit. 9.

e) Arnif. d. Jur. Majest. l. 2. c. 7. n. 7.

f) Haitou, d. l.

g) *Molyn. d. Usur. q. 92. n. 694. & seq. & q. 100. n. 753. & seqq. Hotom. q. 15. Donell. ad l. 3 d. reb. credit. num. 9. & 10. b) l. 1. ff. d. contr. emt. i) l. 19. §. 2. l. 46. in ff. d. cōdict. indeb. l. 24. ff. de positi. l. 5. d. impens. l. 34. §. 3. ff. d. Leg. 1. l. 95. in ff. d. Leg. 3. l. ult. d. adm. l. 68. ad Trebell. l. 10. in pr. ff. d. acceptilat. k) v. *Molyn. d. Usur. q. 92. n. 706. Andr. Kohl. Exerc. leg. al. 18. n. 4 p. 348. l) v. plur. Ant. Fab. c. 1. d. var. deb. n. solut. n. 34.**

dum tantum eo fine cudantur, ut tamdiu quasi fidejubeant pro Magistratu, donec veri Nummi denuò suppetant. Quod si autem ideo formati, ut durante obsidione iis quicquam ematur, nec id absurdum est, quia tum omnes, à quibus emitur, sub Ejus Imperio sunt, qui Author est horum Nummorum, ut merces pro iis dare nemo detrectare possit. Sed hoc ita se non habet in diversis subditis. Cum igitur totum negotium arbitrio hominum sit adscribendum, verum etiam est, quamcumque ex rebus utilibus materiam pro varietate reliquarum circumstantiarum fieri posse.

§. 5. Forma consistit, in valore publico qui Nummo naturam & essentiam suam largitur. Illi soli adscribendum, quod Nummus perficiat Ea, quæ indoli ejus sunt domestica. g) Sed reclamant hic & tumultuantur Adversarii materiam non secus ac Ajacis septemplicem clypeum objicientes, aut Gorgonis Caput intentantes. Statuunt enim, quod aurum & argentum Nummis valorem imponat. Sed si illud approbemus, eveniet tandem Nummum Naturæ ortum suum debere. Si itaque jam æstimatio Nummo insit, frustra non tantum; sed & injuste diversa illi adscribetur. Nec est quod Covarruvia objiciat & ponat tam variam æstimationem, cujus ratio non aliunde quam ex metalli qualitate pervenerit. Sed sciat ille materiam saltem habere generale fundamentum ut differentiam constituamus. Sed qualis & quanta illa esse debeat, Majestas arbitrio suo dijudicabit. Accedit quod Nummus Usum præbeat ex valore. h) & in LL. Corporibus seu rebus Corporalibus sæpius opponatur. i) Ex quibus satis patet monetam magis ex qualitate seu valore, quam ex substantia sive materia æstimari.

§. 6. Et hoc verum censemus, siue valor ille communis sit, qui talis est, qualis est Nummus ipse, nimirum Juris Gentium: k) Sive fit valor à certo quodam Principe impositus. Nam si regio datur, quæ nullius alterius indiga, propriis suis abundat Copiis, sibi que soli sufficit, valor iste sine materiæ idoneæ respectu à Principe assignatus sufficiet. Qui tamen valor externos Populos ligare non poterit. l)

§. 7. Solam itaque & unicam æstimationem Corporis monetæ animam efficitur. Non quidem inficiamur requiri materiam; sed illa tantum est subjectum recipiens nihil agens. Concedimus

cedimus etiam requiri Formam externam; sed illa est tantum signum imperans valorem, & pro tesserâ est, quia Nummus ab omnibus recipi jubeatur.

CAP. III.

De Causis Externis.

§. I.

Expositis causis internis, brevibus ad externas pensum nostrum jam vocamus.

§. 2. *Causa Efficiens est sola Majestas.* Metallaris enim bonitatis & ponderis designati solum & unicum fundamentum est publica æstimatio. Cum igitur illa soli Principi competat, æstimanti Principi omnem Nummi substantiam non immeritò adscribimus.

§. 3. Fundamentum ejus aperiamus, ubi recurrendum ad summam causam, & quidem remotam, & deinde ad proximam.

§. 4. *Causa summa est ipse DEUS.* Introducta enim illa Potestas à DEO est ut terminos Gentibus adsignatos ad modum Universi, tanquam Orbem quendam Terrarum particularem, veluti Numen aliquod gubernaret. Huic Vicario & Pro-DEO in partialem Orbem attribuit facultatem similem Ei, quam ipse habet in Mundum universum. Quod etiam indicare voluerunt veteres dum Majestatem Cælo delapsam, ac ut Deam Honoris & Reverentiæ Filiam coluerunt. *m)* Et hinc non tantum sacra & sancta in Jure nostro audit Majestas, & Imperator sacratissimus appellatur; verum etiam res ipsius privatæ vocantur sacræ. *n)* Tantæ enim dignitatis est summum inter Homines Imperium, ut non, nisi summam agnoscat causam. Idq; tot argumentis nos informat non solum miraculosa Regum constitutio; *o)* sed etiam destitutio *p)*.

§. 5. *Causa propinqua est Imperium in Personam subditi.* Cum itaq; Rex ut homo mortalis acceperit Potestatem suo modo Divinæ Parem *q)* sequitur Principem tantum posse in civilibus dependenter & DEI consensu, quantum DEUS independenter valet efficere. Et hoc Authore Princeps nanciscitur universæ Reipublicæ Regimen, Imperium in Hominem, & Dominium in subjectam Regionem. Majestas itaq; quatenus in Civium Personam & Bona efficax, eosdē justus suis potest obligare mandatis. Quicquid illi placuerit modò non sit contra Honestatem, pro lege & ratione habendum est.

B 2

§. 6.

m) Ovid. s. Fastor. Homer. Diotropa

q) quasi Jovis in sinu & ulnis educatos

n) Brisson. Sixtin. 1. d. regal. 6. 1. num. 21.

o) Tamerlanis, v. etiam Curt. l. 6. c. 1. Tacit. Annal 6. c. 8. n. 5.

p) v. Curt. l. 4. & 5. Nepos in Dione.

q) vide Salmas. defens. Reg. c. 5.

§. 6. Et quemadmodum Princeps repræsentat DEUM dominico Jure omnium rerum; ita & ut Vicarius Divinam æmulatur Bonitatem, Domini distributione. Nec communicat modo Dominium suum Princeps; sed etiam utilitatibus subditorum verificatur, dum illis liberalissimè Nummum largitur. Hac beneficentia efficit, ut dum nemo Privatorum cudat monetam, omnes nihilominus Pecunias possideant.

§. 7. Et hoc Jus tanquam peculiare & proprium Insigne Principes seu Magistratus, semper sibi adjudicârunt. Non enim solum apud Romanos primitus Jus hoc apud Reges, in statu Democratiæ Populi erat, adeo, ut ne petere quidem, vel impetrare rescriptum à Principe super ærecudendo Privato licuerit, prout in antiqua Jurisprudentiâ extat sancitum. r) Sed etiam postquam omnis Cæsarum Romanorum Potestas in Imperatores Germanos plenissimè transmigravit, priores horum vestigiis insistentes hoc Juris Monetæ summum augustumq; Regale Majestatis, Principis veluti ossibus inhærens, æquè proprium sibi vindicârunt. f)

r) l. 3. C. d.
Fals. monet.
f) Exempla
Caroli M. Ludov. I. Frid. I.
satis edocent
d. Ludovico
Gallie Rege,
vide apud
Guicciard. l.
7. Histor. &
Bodin. l. 1. d.
Republ. c. 10

§. 8. Hodie Jus istud omnes Imperii Ordines & multi etiam Imperio immediatè non subjecti (ut Urbes quædam non Imperiales) vel antiquæ Concessionis vel longissimæ Præscriptionis Titulo sibi arrogant. Sed de hoc aliisq; similibus v. g. de modo concessionis, de figura monetæ in Imperio &c. videantur Juris Publici Dd.

§. 9. Formam externam paucis etiam considerabimus. Illa vero non ingreditur monetæ essentiam, seu valorem; sed est tantum qualitas extrinseca ideò adhibita, ut Mortales dependendi auri argentiq; onere levarentur, ac publicum insuper Testimonium extaret officii ejus, quod Nummus in emtione & venditione tanquam mensura explere debet. Prout vero cuiq; Reipublicæ videtur; ita Nummus ejusdem insignitur. Et ut hos invicem distinctos redderent, varii generis formas illis indiderunt ex propria cujusq; Reipublicæ nota. Nummum enim Atticum Noctua insignivit Corinthiorum Pegasus, Argivorum Mus, Cephallenum Equus, Mityliæorum Sappho, Russorum Ovis. t)

§. 10. Imagine vero Principum, apud Europæos maxime, Nummi hodie sunt conspicui. Quod & in Imperio nostro ab Electoribus & Principibus hodie fieri observamus; quicquid etiam olim

t) v. Neand.
d. Morib. Rus.
p. m. 562. vide
de etiam p.
m. 472. in
Orb. Explic.

lim

lim decretum ac observatum fuerit, d. qv. iterum Publicistæ. Et cum Carolus V. sua, non Principum Imagine, monetam signari à Principibus vellet, pro magno Libertatis gravamine id habitum ab Ordinibus fuit. u)

§. 11. Eum autem in finem Principes suam Imaginem Nummis insculperunt, ut tum Adulterantium fraudes reprimantur, tum ex Inscriptione Authoris imagine, & insignibus major Numismatibus Authoritas concilietur.

§. 12. Atq; hæc de figura in moneta *ordinaria*, quæ negotiationibus in communi vitâ destinatur. In *extraordinaria*, quæ propter memoriam variarum rerum cuditur, aliæ etiam singulares figuræ locum inveniunt, prout Eas, res, aut tempus, aut alia circumstantia suggerit, & Magistratus eligit. Hoc ipso Anno dimidium effluxit seculum, ex quo Jubilæum Lutheranorum seculare A. hujus seculi XVII. per Germaniam fuit celebratum. In jucundam hujus rei memoriam, tempore præprimis nos admonente, propter elapsam hodiè dimidium seculum, non pigebit nos breviter ex Gramundo, quidem inter Hostes teste non inelegante, recensere numismata, videreq; quibus illa excusserint figuris, tantæ rei magnitudinem, & ad Posteritatem transmiserint. Saxonum numismata Fridericum nuper (cur nuper?) Saxonix Ducem & Electorem ferebat, eà circum Inscriptione: *Seculum Lutheranum MDC XVII.* Ex adverso Joh. Georgium Successorem (cur Successorem?) in hæc circum verba: *Verbum Domini manet in æternum. M DC XVII.* Francofurtense hanc nulla imagine Inscriptionem præferebat: In memoriam Jubilæi Evangelici Anno Seculari 1617. Senatus Reipub. Francofurt. F. F. Ex adverso insculptus Angelus libro ad manum aperto, cujus pagina continebatur majusculo Characterè id nominis: *Evangelium*, circum legebatur: *Verbum Domini manet in æternum.* Wormatiense turrim lampade illustrem, cujus apex nubi imminebat, posita subtus clave, quod Urbi stemma, eà Inscriptione: *Turris fortissima nomen Domini.* Ex adverso Novum Testamentum lampade item fulgens: Illustrabit Opus (sic ille forsan non sine aculeo) computatio Annorum à Christo nato in illam diem. Actum id majusculis & in Arithmeticam normam dispositis characteribus, quorum erat diversus ab Annis sensus, quanquam notabant annum:

u) v. Albert.
Marchion.
rescript. ap.
Hortled. tom
2. d. bello
German. l. 5.
c. 5. n. 12.

Gramond.
Hist. Gall. l.
2. p. 177.

LV Men EVangeLII DeVs noster. Nurembergense Mensæ super
 impositam Lampadem ostendebat, posito subtus modio, in hæc
 verba: *Jam lucet omnibus modio remoto.* Ex adverso adsurgebat
 olor, capite coronato, his circum Characteribus: *Jehova.* Nu-
 mismati hæc erat Inscriptio: *Olor Invictus Virtute Divina.* Hinc ductâ
 ut audio (inquit Calumniator) in Lutherum religione quod Conci-
 lio Constantiensi habito annum circa M CCCCXV. Hussum Hæ-
 resiarcham, quum in proximo esset subeundæ, quam meruerat, pœ-
 næ, exclamâsse fidem faciunt Lutheranorum monumenta; Anserem
 in necem datis, cujus è Cineribus centum abhinc Annis olor redivi-
 vus emerget. Anserem designans seipsum, quippe Lingvâ Bohemicâ,
 Hus, Anserem significat; Olore Lutherum centum post Annos Hæ-
 resiarcham, quem Lutherum fatidicâ sic voce prænunciatum velut
 à DEO jactant, nescio unde ducto, ab Olore in Lutherum augurio,
 nisi quod Olor nigra intus carne, pelle extima albus est, quod probe
 Hæreticis convenit passim hypocritis. Olor amphibium animal
 est, utriq; elemento æqvè debitum, qualis Lutheri vita fuit, pri-
 mùm Catholico Romano, & inter Catholicos Monacho, postmo-
 dùm Apostatæ & Hæretico. Egregium sane vaticiniorum Inter-
 pretem! His modis Cygno simillimos diceres Acignios & reliquos
 Clericos Romanos passim Hypocritas, seculares simul & Eccle-
 siasticos.

§. 13. *Finis* conspicitur in Emtione & Venditione, ubi men-
 sura rerum utilium est, quæ de re supra. An vero sine Nummo emtio
 & venditio plane esse non potuerit merito ambigimus, cum & loco
 pecuniæ alia res potuerit fungi. Nam constat etiam apud Anti-
 quos qui Nummi usum non habuerunt vendendi emendiq; com-
 mercia promiscuè usurpata fuisse, & pretii vicem constituisse resi-
 psas, quæ in ἀντηδόσει dabantur. Et si nunc pretium in ære signa-
 to rectè consistit, nunquid & tunc non rectè procedebatur, cum in
 æris & ferri rudis massâ consisteret? Nec est quod objici possit:
 non potuisse discerni pretium. Hoc enim tum ex rebus ipsis, quæ
 dabantur, tum ex animo & proposito contrahentium facile intelli-
 poterat. Quamquam non inficiandum sit, distinctius evasisse discrimen
 mercis & pretii, venditionis & Emtionis ex inventione Num-
 mi. Quod sic tamen & antea satis discretum fuisse constat.

Accedit

dit adhac, quod si non fuisset distinctum discrimen, neq; distincta adhibuisset vocabula, quibus eum Contractum exprimerent. Quorum vero attinuisset alterum Emtozem, alterum Venditorem, aliud pretium, aliud mercem vocare, ubi hinc inde sine discretione pretii vel mercis res traderentur, atq; ubi uterq; Emtor esset & Venditor. Constat itaq; quod veteres Permutationem Emtionem & Venditionem re & in Ore habuerint. Fatendum tamen nihilominus esse aliquam Permutationem, quæ à Venditione & Emtione distingvi debeat. Quam & ipsis veteribus notam fuisse certum est.

§. 14. Atq; sic vidimus *Nummi Constitutionem*. Cui proximè accedit. *Moneta Peregrina Receptio*. Extraneum numisma nullum Valorem ex sua Natura accipit In alterius territorio. Sicut Leges tantum subditos ligant. a) Ita quoq; moneta extra ditionem imperantis nullam obtinet æstimationem. Recipitur tamen propter commercia. Et idem præstat Ejus approbatio, quod Proprii percussio.

a) arg. l. 20.
ff. d. Jurisdi.

S U B S E C T. I I.

De Nummi Mutatione.

§. 1.

Sed cum nihil tam naturale sit, quàm eodem genere quid dissolvere, quo colligatum est. b) Idem de Nummo venit dicendum. b) l. 35. d. R. 3
Nam cum Nummus non Natura; sed Hominum opinione constat, cur non etiam eundem mutare & in utilem facere possint?

§. 2. Mutatio vero fit vel in bonitate intrinseca & extrinseca c) Covarr. c. simul, vel in alterutra tantum. c) Utramq; licitam esse Principi in suo territorio affirmamus. Dum enim Nummi incrementum, cur non etiam decrementum pendeat à Principe? Nec est quod damnum sentiat Respublica, cum ipsa mutatio in commodum publicum suscipiatur. De Usu enim hujus Potestatis loquimur, qui in Bonum publicum tendit, non de Abusu. Nec est quod Nummus sic corrupti dicatur à Principe, ipsâ Lege autoritate publica, ut quidem vult Bodinus, d) qui, nescio quo anathematis fulmine in Principem detonat. Sed quid quæso est Nummus, corruptus? Sanè si Princeps ad- est, si Lex & ipsa Autoritas Publica, nulla corruptio timeri potest. Et concedant saltem contradicentes necessitate urgente mutationem non esse contra honestatem. Jam vero sua Natura turpe ac inhonestum honestum fieri necessitatis nomine non potest.

c) Covarr. c. 7. de vet. nũ.
collat. §. un.
n. 2. Molyn. d.
Usur. q. 100.
n. 759. Ant.
Fab. d. tract.
c. 4. n. 2.
d) l. 6. d. Re-
public. 3.

OK Tm 777

§. 3. Idem obtinet in Nummi *abrogatione & reprobatione.* Quoties moneta illegitimi ponderis, & reprobæ speciei exterminanda est, id à Principis Potestate & Judicio fieri potest.

e) In Disq. Polit. Cas. 46 p. 201.

§. 4. Quomodo vero id facere expediat, graviter & prudenter docet Boxhorn. e) Sicut prohiberi debet in Republica omne malum: ita id seriò agendum est Magistratibus, ne ex festinata nimium mali prohibitione malum novum & gravius quoddam enascatur. In Reipubl. administratione aliter considerari debent, qui malè agunt, aliter, qui patiuntur: Illi mali, hi miseri sunt. Qui agunt statim puniri, qui patiuntur sensim juvari debent, ne malum aliud ex malo, ejusq; subito remedio exoriatur. Quod ut in re monetariâ, ita in aliis publicis negotiis saluberrimum frequenter Usus habet. Atq; hac ratione, monitis scilicet prius subditis de subsequutura certæ monetæ prohibitione, Rempublicam nostram, hodie quoq; salubriter purgari & curari experimur.

f) Savedr. Symb. Polit. 68.

g) quos v. ap Berlich. p. 2. Concl. pract. 35. num. 37. Fransk. E. 9. qu. 2. & 3. Fachn. contr. l. 2. c. 9. & 10.

§. 5. De aliis monetarum remediis vix ausim aliquid dicere, quia Pupillæ sunt Oculorum Reipublicæ, quæ sine offensione tangi se non sinunt. f) Adeoq; fatius videtur Eas intactas relinquere, & Aulæ, non Scholæ vindicare. Offerret se etiam disputandi Locus: Monetæ Bonitate mutata, quomodo facienda sit solutio. Sed cum illa multis Viri magni passim tractârint & etiam non sit hujus fori Philosophici, malumus ancipites hos de mutatione monetæ Scopulos, quibus plurimorum infelices carinæ illisæ jacturam omnium bonorum fecere, cautiùs prætervehere. Ad optatam itaq; Pharon & portum desideratum properamus. Tu, benevole Lector, hæc levia æqui, boniq; consule, usq; cum Deo & Die ad augustiora & majora accedamus. Nihil itaq; addimus, quam cum primitiva Ecclesiâ dicentes: DEO Gratias, Christo laudes.

Ad Dn. Respondentem, Amicum, Auditorem, & Nationalem meum dilectissimum.

Virtus post nummos! Namq; hæc, Hallmanne, nitebit Expressa in Nummis aurea tota Tuis.

Gratulab. f.

P R Æ S E S.

F I N I S.

WDM



ratio permutatio
 k) l. i. ff. con- ma, k) qui
 tra emt. lent, usitatil
 l) in Jugurt. cis Homeru
 m) Odyss. O. hodie adhuc
 & l. 7. Iliad. & quibusda
 n) l. 7. permutatio
 o) Columbus sed solum ic
 Pet. Martyr, tionis gener
 Alogiscus Ve- consilio. M
 netus, Fr. Al- maximè visa
 varesius, & circumferri
 Olaus M. perpetua æst
 p) l. i. d. contr subveniret.
 emt. dium invent
 ca modum
 firmandæq; l
 plurimum ac
 Hujus ergo u
 ritò statum
 ostendat.
 prolixiore e

s) d. l. d. modo Pecunia fig
 Usur. c. 3. p. masius. s)
 131. mos & Lex
 Privatorum c
 mus adeò be
 ostendat.
 t) p. 95. 132. fam, quam al
 u) Lib. d. Usur ad Aristotele
 & iterum l. terpretem in
 d. modo Usur. aperte docet
 c. 3. p. 96.
 x) V. Nic. 8.

quia antiquissi-
 ssime tueri so-
 antiqvis Græ-
 Tacitus. Idem
 mali, Bothemia,
 ci. o) Et hæc
 il lucri quærit;
 rimo permuta-
 tionem, seu ex
 re commercia
 erò commodè
 jus publica ac
 qualitate pretii
 gentiæ reme-
 rum tractu cir-
 salutis publicæ,
 & sagacitatem
 m positum est.
 nsa hedera me-
 quod se ipsam
 beat. Omissio
 gressuri,

nit, inquit Sal-
 onsvetudo, vel
 immo, quia ex
 erbis Vir sum-
 m vocis simul
 nam fuisse vi-
 x alibi. u) Ut
 porro ejus in-
 in Nicom. x)
 mmum; sed à
 consensu

